



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 74. Fœdus Galliarum Regis cum Ferrariensi Duce.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

§. LXXIV.

Sccl. XVI.

A.C. 1525.

*Fædus Galliarum Regis cum Ferrarensi Duce.*

Interea Franciscus Galliarum Rex confirmato prorsus animo Papensem obfitionem prosequebatur, sed tamen hucusque leve admodum damnum urbi intulit, quamvis ceteroquin præter hunc Monarcham forte vix alias quisquam Belliducum magis assiduus, in labore strenuus, ac animo intrepidus unquam visus fuisset. Inibat insuper fœdus cum Ferrariensi Duce, eique pollicebatur, se eum semper protecturum, ac eidem, si septuaginta aureorum milia suppeditaret, auxilio futurum, ut Ducatum suum recuperaret. Paucis ante hoc diebus exeunte anno priori obſidentes pulveris pyrii penuria laborabant, is vero cum Lugduno vix advehi posset, Galli Ferrariæ Ducem, cuius armamentarium inter cetera Europæ longe instrutissimum erat, supplices adeunt, rogantque, ut pacto viginti aureorum milium pretio non modo pulverem pyrium, sed & belli machinas ad castra mitteret. Annuit Dux; unde petita pulveris, armorumque subsidia nullo obſtante ad Parmensem & Placentinam ditionem bobus devehī jussit, præſidia agentibus ducentis levioris armaturæ Equitibus,

K k 2

ac

**Sacul. XVI.** ac mille quingentis peditibus, quos Jo-  
**A.C. 1525.** annes Medicæus ducebat; nam hic ob-  
 denegatam Cremonensis urbis præfectu-  
 ram sese vindicandi occasionem quære-  
 bat, aut forte clam a summo Pontifice  
 cognato suo stimulabatur, ut Gallorum  
 stipendia mereretur. Evidem Piscarius  
 ab exercitu suo sexcentos Lancearios,  
 atque octo peditum millia avulserat, ut  
 Pado Cremonæ trajecto nitratum pul-  
 verem interciperet, verum cum Monti-  
 celli nuncium acciperet, quod Fuxus  
 Marescallus ipsius hostis instaret, pe-  
 dem referre, ac commeatui liberum  
 transitum permettere cogebatur.

## §. LXXV.

*Classis Cæsarea profligata, Moncada  
 captus.*

**Ant. de Vera  
 hist. de Charl.  
 V. p. 91.** Sequebatur hunc successum brevi aliis  
 Gallis magis proficius; nam Cæsa-  
 rea classis, cui Hugo Moncada præerat,  
 Savonam suæ subjicerat potestati, tam-  
 que amplio imperio totum Genuensis ma-  
 ris tractum obsidebat, ut omnem aditum  
 illis interciperet, qui vel obſidentibus sup-  
 petias ferre, aut Albaniæ Ducis exercitum  
 novis militum supplementis augere mol-  
 rentur: Cum ergo hæc classis non niſi  
 tentato prælii discrimine propelli pos-  
 set, Andreas ab Auria, ut eam invade-  
 ret,